

Liber II.

Dist. I. Ca. X.

tura. In circumspectio est animi viciū quo quis minus caute discernit p̄trari etatē virtioꝝ. ut si quis vitans anarici am incidit in pdigalitatē. Ignauia ē viciū animi quo quis in nullo ope ad biter debitā discretionē. Rancor ē in veteratu odium. Desperatio est diffi-
dētia de dīna misēdia ppter defectuꝝ meritoꝝ. Diffidentia aut̄ meritorum mater est diffidentie premioꝝ Euaga-
tio mētis est circa illicita. qn̄ homo ab
sorptus est tristitia & non habens in se
vnde delectet euagaf ad omnia q̄rens
delectatōem. & sic p̄ devitio accidic.

D Filius.
 Dist. informatus sum de virtio
accidie. nunc de peccato avaricie
apio edoceri.

Ca.

X. Pater.

A Lire debes qđ
avaricia ut ait tollius. est im-
moderatus amor habendi. Item au-
ricia s̄m beatum bern. est quarumlibet
rep̄ infaciabilis & inhonesta cupido.
Est etiā avaricia pestis cum cupidita-
te acquirendi vel retinendi diuitias.
honores & sciam. Item avaricia scdm
apostolū d̄r ydoloz seruitus. qz homo
elatus exhibet creature quod debet cre-
atori. s. fidem. spem & dilectionez. hoc
enim auari exhibent pecunie. In hoc er-
go specialiter reprehendunt isti qui rei
viliissime amore suum exhibit. s. pe-
cunie que de terra tollit. quā creaturā
deus infimā ordinavit. De hoc Inno-
centius etiā sic dicit. Avaricia s̄m apo-
siolum est ydoloz seruitus qz sicut yd-
olatria servit simulacro. sic avarus the-
sauro. nā ille cultū ydolatrie libenter
ampliat & iste cumulū pecunie libenter
augmentat. Ille cū omni diligētia co-
lit simulacrum. & iste cum oī cura thesau-
rum custodit. ille spem ponit in ydoloz

reia. & iste spem p̄stituit in pecunia. ille
timet mutilare simulacra. iste timet mi-
nuere thesaup. h̄c innocē. Et noran-
dum q̄ avaricia non solū est in appeti-
tu auri & argenti. sed in omnib⁹ rebus
que inordinate cupiunt debet intelligi.
Unde beatus aug. Avaricia quippe nō
in solo argento & auro vel in nummis
sed in omnib⁹ rebus que cupiunt inor-
dinate intelligenda. Ubicunq; plus
oī novult quisq; q̄ satis est. h̄c autem
avaricia cupiditas est. cupiditas vero
improba voluntas est. ergo improba
voluntas maloꝝ omniū est causa. H̄c
ambro. De eodē etiam dicit ysaac ab
bas syrie. Qui cupiditate ligatus est
seruus virtioꝝ existit. Et ne putas q̄ sit
cupiditas questus tñmodo auri & ar-
genti. sed oī rei cuiuslibet in qua volu-
ta sua pendet. h̄c ysaac. Nccē est autē
ut animus huic virtio viriliter resistat
anteq; prevaleat. qz quē avaricia pos-
sideret hic satiari nunq; diuitijs p̄t. Un-
de august. Avarus vir inferno similis
est. Infernus em̄ quanto scūq; devora-
uerit nunq; dicit satis est. Sic & si omi-
nes thesauri fluxerint in anaꝝ. h̄c au-
gu. Tales igif avari qui s̄c res transfor-
mazias diligunt tanto magis affligun-
tur cū eas perdunt. quanto validius &
tenacius eas prius amauerūt. Quod
pbat ydoruz sic dicens. Qui plusq;
oporet res transformazias diligunt. ma-
iorē sibi ingerunt dolorem res abla-
ste q̄ amorem p̄zebant possesse. Gra-
ui em̄ dolore amittunt que cum mag-
no amore habent. minus aut̄ carente
dolemus que minus possidente diligi-
mus. h̄c ydoruz. Unde calcanda est
avaricia sine cupiditas que suos ama-
tores ita affligere solet. & se diligētes
vt ita dicā magis vorare q̄ portare cō-
suevit. De hoc beatus august. sic dicit
Prēsens seculū est quasi mare. ventus

Liber .II.

Dist. I. Ca. X.

magnus et tempestas valida. in mari
vnicuq; sua cupiditas est. Amas teū
ambulas sup mare sub pedib; tuis est
seculi timor. Amas seculū absorbere.
amatores em suos vorare nouit nō por-
rare Sed cū cor tuū fluctuat cupidita-
te inuoca xp̄i diuinatatem. Cupiditas
autē nihil aliud est nisi amor rep̄ transe-
untium Cupiditatis vero minuēde in
icium est deum timere. qui solus time-
ti sine amore non potest regnat aut car-
nalis cupiditas. vbi non est dei cari-
tas. hec augu. Amoueamus ergo a no-
bis cupiditatem. vt deo adhucere vale-
amus p̄ caritatē. q̄r̄t d̄t. beatus greg.
Auctori nostro aliter inuixerere nō vale-
mus nisi cupiditatem a nobis que est
omnium maloꝝ radix abscindamus.
hec greg. Tanto nāq; vnuſquicq; dis-
similioꝝ est deo quanto fuerit in rebus
temporalib; cupidioꝝ. q; sicut caritas facit
hominem simile deo sic cupiditas dis-
similem. Quod p̄bat beatus augu. sic
dicens Quanto homo similioꝝ est deo
tanto sit ei propinquioꝝ. q; nulla est a-
lia ab ipso longinquieras q; eius dissimil-
tudo. tanto autē est ei dissimilior
anima quanto retrū temporalium mu-
tabiliuq; cupidioꝝ. R Ex hoc
dicto excipiunt duo documenta. Pri-
mum est q; pfectio humana p̄sistit in
assimilatione diuina Secundum q;
cupiditas opponit caritati. q; sicut per
caritatem homo sit deo summe similis
ita p̄ cupiditatem maxime dissimilis
Quicq; etiaꝝ laborat p̄ temporalib;
diuinit̄ ut post adeptionem illarum
se libere possit tradere luxurie et alij la-
sciuj;. hic talis esticif habitaculū spi-
ritus maligni. probat hoc beatus greg-
orius sic dicens. Demonum habita-
culum sit quisq; in hoc seculo. qui p̄pa-
ter diuicias et honores laborat. quas
postq; consecutus est. tradit luxurie. ut

que avaricia p̄gregauit luxuria con-
stituit. hec greg. Princeps autē huius
mundi videlicet diabolus eticif foras
quando ex toto corde renunciat huius
mundo. q; vincunt inuisibilis potes-
tes. s. maligni sp̄is q; in nobis vin-
cunt visibiles cupiditatem. De hoc de-
beatus augusti. sic. Princeps huius
mundi missus est foras ab animis eoz
qui colerent verbo dei et non diligunt
mundum. cuius ille princeps non. q;
ipse dominus est huius mundi. Sed
princeps cupiditatis earum. quibus co-
cupiscit oꝝ quod transit. ut ei subiac-
ant qui negligunt eternum deum ppter
instabilitaꝝ visibilia et mutabilia. Ra-
dix est ei om̄ maloꝝ cupiditas. mitti-
tur diabolus foras. quando ex toto cor-
de renunciat huius mundo. ibi vincun-
tur inimici nobis inuisibilis potes-
tes. ibi vincunt visibiles cupiditatem
et ideo q; si in nobis sinet vincimur et
poralium rerum cupiditates nccē est
ut in nobis metiūs vincamus et illoꝝ
qui p̄ illas cupiditates regnat in hoiac
hec augu. Unde resistendum est avaricie
ne domine sed potius ut ancilla sub-
dita sit rōni. Unū seneca. Necunq; os
impare non servire. Necunia si vni-
as ancilla est. si nescis domina. Si eti-
am pecunia habueris necesse est. vt eti-
am metiūm aut pecunias vile habeas. hec
seneca S Dicis etiā in ecclesiasti-
co. q; autē nihil est scelus et hoc ppter
ter quatuor causas. Primo q; omnia
fere scelera manariet ppterant. vt fut-
ta et homicidia et hmōi. Secundo etiaꝝ
legem est nature Unde d̄t luce. Quid
cūq; vultis ut faciant vobis hoīes et.
Tercio q; contra legem scriptam In
de luce. Estote misericordes sicut et pa-
ter vester celestis misericors est. Quat-
to quia est contra legem vniuersalem
que est in omnib; rebus. que p̄pellunt

Liber .II.

sedare. Quibus vero captivas detinet
res ne se p̄municare possint. **T**ultimo notandum q̄ he sunt filie anari
eie. videlicet symonia. vſura. furtū. per
tū. mendaciū. rapina. inquietudo.
violētia. dolus. fallacia. fraus. prodit
io. obstinatio. iniustum iudicium. **S**y
monia est studiosa cupiditas emendi
vel vendendi spūale vel spūali annexū
Vſura est studiosa cupiditas recipiē
di aliquid ultra sortem vel ob ampli
requiri q̄ datur. **F**urtū est vſurpa
tiō latentis rei inuitō dño. **P**eriu
riō est mendaciū iuramento firmatū.
qđ sepe fit in emptione et venditione.
Mendaciū est vocis false significatio
cum intentōe fallendi. **R**apina est
violenta predatio rei alienae. **I**nqui
etudo est alicuius iniusta p̄motio. **C**li
olētia est que fit alicui nocendo palaz
per acta mala. **D**olus est fraudulē
ta deceptio. **F**allacia est q̄ fit per ver
ba deceptionis in occulto. **F**raus ē
deceptio per facta que fit in pñtia illis
us qui decipiſ. **P**roditio est idē qđ
deceptio q̄ fit in absentia decepti.
Obstinacio est pertinacia in malo.
Iniustum iudicium est iniuste s̄niē plas
tio ex timore vel cupiditate pecuniae p̄
mulgate. **F**ilius.

Dabitā informatione de pctō aua
tricie. nunc de peccato gule cupio
edoceri. Et primo quid sit gula.

Ca.

XI. Pater. **G**

Gula ut dicit be
atus augusti. est immoderata
cibi aviditas. Item sum bugonem de
sancto victore. Gula ē immoderatus
appetitus edendi. Item gula vix eda
citas nature sumib⁹ nō detenta. Notan
dum aut̄ q̄ humana natura bene quis
dem ab initio condita ppter lapsuꝝ pri
mi hominis in magnā misericordiam cecis

Dist. I. C. XI.

dit. App̄ter hoc multis necessitatibus
oppressa. nihil in hac vita nisi vt affli
geref inuenit. Unde cū necessitatibus
nostris plusq̄ expedit deseruimus mē
tis curam negligimus. et miserie n̄e
infirmitatis supaddimus squalorem
culpe. Unde sancti viri in oī qđ agunt
seipsoſ studioſe diſcūlit. ne quid ab
eis plusq̄ nature sue infirmitas requi
rit exigant. Et econtra prauī non solū
in nature necessitatib⁹ non sunt p̄tens
ti sed victi delectatōe carnali etiam in
voluptate gule ac ceteris vitis se im
mergūt. De hoc beatus gre. xx. mora
sic dicit. Natura igis humana bene cō
vita sed ad infirmitatē virtio volupta
tis lapsa in calamitatem cecidit. quia
pressa innumeris necessitatib⁹ nihil ē
hac vita nisi unde affligeretur inuenit.
Sed tamen eisdeꝝ nature necessitatib⁹
bus plerumq̄ plus q̄ expedit deseruimus.
mentisq̄ curam negligimus ex
misericordia negligētia infirmitati nosire
addimus squalore culpe. Necesſitates
namq̄ naturales hoc habere valde p̄
riculosum solent. q̄ sepe in eis m̄ime
discernit quid circa illas p̄ virilitatis
studiū quid per voluptatis virtū occur
rat. crebro em̄ occasione seductōnis in
uenta dum necessitati debita reddimus
voluptatis virtio deseruimus. et infir
mitatis velamine aī discretōis oclos
excusatio n̄a palliat. ac q̄si sub patro
cimio explēde virilitatis occultat. infir
mitatē vero n̄e nature per negligētiā
laxare nil aliud est q̄ calamitatis mis
seria addere. ac virioꝝ squalore ex ea
dem miseria multiplicare. An̄ sancti
viri in oī qđ agunt studioſissima intē
tōe discernunt. ne qđ ab eis plus natu
re sue infirmitas q̄ fibi debeat exigat.
et ne sub necessitatē tegmine in eis virti
um voluptatis ex crescatur. Aliud enim
ex infirmitate. aliud ex rēptatōis sug